



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Petrus Paulus Nauarrus, & duo Socij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

etiam miraculis honora-  
tum.

NOVEMBER.

P. Petrus Paulus Navar-  
rus, & duo Socij.

**A**Nno 1584. in Indiam,  
inde in Iaponiam pe-  
netrauit: vbi cum pro fide  
libris & concionibus mul-  
tum, varièque satageret, ex-  
torris è Iaponia, eodem  
clam redijt ignotâ veste, nu-  
dipes; noctu ad Christianos  
adiuuandos tacitè cuncta  
perreptans. In fouea latuit  
per plures dies, à Deo istic  
mirificè recreatus. Socios  
rexit charitate morem com-  
munem supergressâ. Pro  
morte (quam flammis ab-  
sumptus obijt gloriosam) se  
parans, generalem confessio-  
nem,

*Italus.  
Ximaba-  
ra.  
1. No-  
uemb.  
1622.  
etat. 62.*

*Zelus.*

*Prepara-  
tio ad  
mortem.*

nem, & S. P. Ignatij Exercitia ei præmisit: orandi assiduitatem intendit, eique alterum tantum adiecit: cilicium nūquam deposuit; singulis noctibus acerrimè se verberans, hebdomadâ totâ ieiunans, & in ipsis quoque carceribus Christum prædicans, pluresque baptizans. Totas aliquando noctes dedit MARIANO P. Spinelli throno, seu libro in linguam vernaculam transfereudo, quem etiam feliciter deduxit ad finem: vt istic Deiparæ gloria propagaretur. Primo die Nouembris (tum adhuc inconsciis eum diem sibi supremum esse in hac vita) sacrificauit lacrymis affluenter effusis, & ad 26. Christianos tanto sensu dixit, vt omnes largo fle-

tu

*B.V.**Sacrum.  
ultimum.*

tu  
tis  
cur  
dar  
bur  
por  
tra  
ber  
ear  
co  
qu  
te  
ni  
in  
R  
tu  
eti  
re  
xu  
tu  
tru  
no  
qu  
ui

tu maduerint. Allata mor- *Fides.*  
tis sententia hæc erat: Xe-  
cum Imperator Iaponia Patrem  
damnatum iubet vinum com-  
buri, quòd remanserit in Ia-  
ponia, iussus excedere; & con-  
tra Regis edicta, quæ probi-  
bent Christi legem vulgari,  
eam disseminarit. Rosario è *B.V.*  
collo pendente, velut tor-  
quatus, lætus ibat ad mor-  
tem, Socijs præcinens lita-  
nias. Palo alligatus, cùm *Litanie.*  
inter flâmas IESVM & MA-  
RIAM ingeminare audire-  
tur, concidit. Cilicium  
etiam in corpore mortui est  
reperitum. Organtinus Tan-  
xu in carcere odio fidei vin-  
ctus, biennio postea P. Pe- *Calum.*  
trum Paulum vidit in amœ-  
no loco splendentem; & se-  
quoque ad illum locum bre-  
uè peruenturum audiuit: id  
P quod

quod factum, cum haud multò post eadem de causa combustus est.

*Dionysius Eugixima, & Petrus Onizacca.*

*Iapones  
eodem  
die.*

Hi duo Iapones de Societate, cum tertio quodam externo, Patris Petri Pauli Socij fuere usque ad mortem in flammis adeptam. Cumque ad illam animo hilari irent, litanias cum eo cecinerunt.

*Litania.  
Oratio.*

*P. Laurentius Passokius.*

*Silesius.  
in Castris.  
2. Nov.  
1642.  
aet 42.  
Soc. 18.*

Præclarè in castris operæ utiliter positæ veluti pretium tulit nobilem mortem Laurentius. Etenim cum tribuni in Lipsiensi pugna vulnerati confessionem exciperet, ab hoste hæretico victore deprehensus, & quis esset interrogatus, ac **MARIAM** Deiparam execrari ius-

*B.V.*